



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Delatio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Ab equis ad asinos. ad... Locum habet... Mandrabuli more res succedit... Heroum filii noxe... Haud canit paternas cantiones... Desilio qui a paternis moribus degeneraret... Quis parentem laudabit... Quis patrem laudet nisi proles laudis inanis?

Ab equis ad asinos. ad... Locum habet... Mandrabuli more res succedit... Heroum filii noxe... Haud canit paternas cantiones... Desilio qui a paternis moribus degeneraret... Quis parentem laudabit... Quis patrem laudet nisi proles laudis inanis?

Delatio.

DEFINITIO ET ETYMOL.

DELATIO a verbo defero; vox media est que tum in bonam tum in malam partem sumitur... Dicitur etiam Hebr. delator iste bolech rachil...

Ne incedas delator in populo tuo... Delator ambulans reuelat arcana... Omnes ambulantes cum detractione... Homines detractores... Delatorum seu occultum accusatorem exterminabo.

SENTENTIAE PATRVM.

Basilij magni. Non verba ipsa dolorem afferunt, sed nostra in delatorem animi elatio... Quis fratri detrahit aut audit, & sustinet detrahentem... Tribus simul damnosus est delator. Nam & illi quem traducit...

ADAGIA.

Antiqua quam dispari domino dominaris. Ennius. Quis est in discipulum commutat in peius, coram Socrate.

*Maxim.* Delatori aures ne præbeas: ne duplex peccatum cum illo committas: tum teipsum pernicioso affectu assuefaciens, tum illum ad æternum proximum nugari non impediens. *Ibid.*  
*Thory.* Qui facile alienas delationes admittit, ne ipse quidem similibus factis abstinere. Nam ipsa obtestantium admissio innocentiæ quoque in societatem pertrahere solet. *Ibid.*

§ PHILOSOPHORVM ET ALLORVM SENTENTIAE.

Delatio, seu calumnia, res est grauißima, in qua duo sunt qui iniuriam faciunt, vnus qui iniuria afficitur. Delator enim iniuriam facit, absentem accusans: similiter qui delatori fidem habet, antequam verè rem cognoscat. Qui autem abest, iniuria afficitur, tum à delatore, tum ab illo, qui aures delatori præbens, infontem prosonate reputat. *Herod. lib. 7.*

Omne benevolentiam & naturam frangit calumnia. *Iseppus in hist. caprinis.*

Cauti tibi à delationibus, & si falsæ sunt. Plerique enim veritatem ignorant, opinionem verò respiciunt. *Isocrates ad Democritum.*

Audientium opinionem calumnia quidem aliquantisper confirmat: progressu verò temporis nihil ipsa imbecillius est. *Demosthenes apud Stob. serm. 40.*

Delatio seu calumnia malum est, idque inuidiosissimum. *Dion Chrysost. in Oeconomico.*

Lingua maledica malæ mentis index est. *Plut.*  
 Tot millia hominum ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores aduocatos habent? Alius iudicia patris accusat, quæ mereri satis fuit. Alius cum matre conficit. Alius delator venit eius criminis, cuius manifestior reus est. *Senec. libr. 2. cap. 7.*

Delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coercitum. *Tacitus Annal. lib. 4.*

Illud maximè extriabile ferunt tyrannorum tempore, quod primores infimas etiam delationes exercent, alii propalam, multi per occultum: neque discernuntur alieni à coniunctis, amici ab ignotis, quid recens aut vetustate obscurum: perinde in fœdo, in conuiuio, quaque de re locuti inculantur, vt quis præuenire & reum destinare potest: pars ob subsidium sui, plures infecti quasi valetudine & contactu. *lib. 6.*

Inimicis amicos deferentibus non habenda est fides. *Zonar in Michaelis Balbo, tom 3.*

Aduersus delatores & assentatores id imitetur princeps quod poeta sapientissimus, aduersus Sirenum cantus, quæ suauitate aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocabant eos qui præteruehebantur, ab Ulyße ait factitatum: vt obturet aures, neque patefaciat eorum blanditiis: adhibeat verò ianitores atque custodes fidelissimos; rationem nempe ac iudicium circumspexit, vera demum libenter excipiens, foresque occludat his quæ veri solam speciem referunt: vanos rumores vanasque suspiciones, & vilitatis imaginem, & cautionis minime necessitate titulos, obdoto etiam pessulo, excludat. *Arnold. ferron. hist. lib. 3.*

Vbi quidigitur desertur vel à familiarissimis ad principem, submota amicitia familiaritateque, adhibeat in consilium prudentiam, excutiat rem ipsam: eo grauiore animi contentione rem voluat, quò instructiores viderit familiares ad delationem. Nunquam delatori tam liberè aures aperiat, vt reo non libentius aures referat: nihil ante statuat, quam cum accusatione comparata sit. defensionem tandem verò adhibitis prudentissimis hominibus, exclusis verò eis qui rem detulerint, qui ab eis commoda expectant, & quorum commodo vel incommodo aut iactura honoris res est celsura, quid æquum sanctumque videbitur, decernat. *Idem eod. lib.*

Primo verò congressu delatori aures patere, ac obstruere & inuias defensionem dare, hominis esse, acbat Bellariò Niceus, indigni magno principatu: qui nisi cohibeat tandem tales imposturas, ipsa si cupiat salus seruare profus non possit talem principatum. Horum malorum vnicam esse causam ignorantiam, easque tenebras, quibus suæ cuiusque hominis institutionis moresque obtoluuntur. Esse verò indignissimum quod facturarunt Cæsares plurimi, vt exclusis iis iudicibus, apud quos more institutisque maiorum peragenda esset accusatio, iudices ipsi dent ex sua, aut eorum qui detulerint, quorumue commodo res veratur, cohorte. Ita factum, vt summa nequitia plurima deferantur, parua religione multi iudicent, delecti nimirum ad vrgendum propellendumque reum, eoque nomine gratiam inuitros sese sperantes. *Idem eodem libro sermo.*

§ APOPHTHEGMATA.

*Pelopidas.* Cum fortis quidam miles apud ipsum deferretur, vt qui ei conuiciatus esset: quidam dixit, facta eius respicio, verba autem non audiui. *Stob. serm. 40.*  
*Socrates* cuidam dicenti, de te aliquis malè loquitur, respondit, etiam verberet me non præsentem. *Maxim. & Anton. serm. 53.*

*Idem* rogatus cur loquax & delator non esset, adhibuit respondit, id ex benevolentia non oritur, sed detexit arcana tibi, similiter etiam quæ tu dixeris, alioquin serm.

*Cleambres* cuidam dicenti, amicus clanculum te conuiciatur: Hominem, inquit, ne arguito: quoniam facturus est, aut facere potest, *Ibid.*

*Idem* alii narranti quosdam eius famæ obloqui, ait, dicit sic vitam infuturam, vt illis nemo sit crediturus. *Ibid.*

*Alexander* Macedo, cum epistolam in medicum accepisset, vt pote vitæ regis insidiantem, & iam summo eo potionem medicam, adeo non credit delatori, vt epistolam legerit, & pharmacum hauserit. *Plutarch. in Alex.*

*Idem* tertur, cum familiaris quidam multa in adhiberet, alteram aurem obstruxisse manu: nempe vt illam puram absenti relinqueret. *Anton. & Maxim. serm.*

*Anonymous.* Quum sapienti cuidam aliquis diceret, ipsi à certo quodam conuiciatum factum: tum ille, miser benèter audiuisse, nunquam ille mihi conuiciatus esse, *Idem.*

§ ADAGIA SACRA.

1. Vir linguosus non stabilietur in terra. *Psalm. 140.*  
 Delatoris felicitas non erit diuturna.
2. Alter Seba. 2. *Sam. 15. 3. & 19. 26.*  
 In delatorem alicui, qui absentes eosque infimos Principis odium in ipsos concitet, sibi que ex ipsorum aliqua comparet commoda.
3. Eijce primum trabem de oculo tuo. *Matth. 7. 1. & 4. 2.*  
 Defere teipsum apud te, coram Deo, pro alio ora & dabo.
4. Medice, cura teipsum. *Luc. 4. 23.*  
 In delatores & superciliosos, qui foris oculatores, tiores videntur; domi talis cæciores degunt. Qui conuiciatur præter seipsum emendare gestiunt.
5. Antequam loquaris, dices. *Ecc. 18. 13.*  
 Imprudens delatoris, ea est, vt de incompetens vergarriat.

§ SIMILIA.

Vt nouacula acies, cum barba radende gratia adhibetur, nonnunquam petit iugulum, & ad viuum fecat; Sic delatorum condita, clandestinis delationibus bonorum vitiorum petit. *David. Psalm. 52. 4.*

Lenia sunt præbutyro verba quæ delator ex ore deponit prælium cor eius: molliores sunt sermones eius solo, sunt vulnera. *Psalm. 55. 22.*

Delatorum & scyphantharum dentes lancea & sagitta eorum gladius acutus. *Psalm. 57. 5.*

Lingua dolosi viri, delatoris & mendacia proferentis, buista manus missis, & carbonibus in imperiorum, quorum operus mens, multos perdurat, comparauit. *Psalm. 140. 4.*

Acuunt linguas suas ficus (serpens): Venenum aspidum eorum. *Psalm. 140. 4.* Venenum aspidum est sine dolore, & ægro dormienti, leui sudore per faciem diffusio, & deficiens. Delatio enim & Scyphantia, Herodotus in rem iniuria afficit, & non sentiens plagam infert. Valgaret contra morsum scyphantæ non esse remedium. *Psalm. 140. 4.*

Vt insaniens, qui iaculatur scintillantia tela, sagittas thifera: ita est quisquis decipit proximum suum, & decipit debam? Salomon in *Proverb. capit. 26. 18. 19.* Vir falsus delator, & scyphanta, & circumueniens amicos speciosæ maioris faciendus est quam vir plane furiosus.

Commoda & incommoda quæ à lingua proueniunt, repagulis, nempe fidei & Sanctæ charitatis in coecccato postolus Iacobus, *Epist. 1. 3.* Similitudinibus variis adhibet. *3. ad 13.*

Serpens, qui non edito sibilo mordet, per omnia delatorem est. *Ecc. 1. 9.*

Vt gladius dissecat, ita delatio separat amicos. *Anonymous.*

MYTHOLOGICON ET HEREOLOGICON.

*Æsopica* gallina cum ægrotaret ad selem interrogata, tanquam ex benevolentia, quomodo valeret. Rectè dicitur, das: Sic ad delatorem, qui super disensione sermonum interrogat, & arcana seruat, quæ postea ipargat, dicitur nihil in proximis desidero: si nec ipse delatores audiam. *Anton. & Maxim. serm. 53.*  
*Vipera* velpis aduolantibus venenum supponit, quod illæ postea in homines & iumenta cum pressentibus

